igitur fratres praescientes custodite ne insipientium er-
rore transducti excidatis a propria firmita-
te. Prescientes quia insipientes multifarios
introducent errores. Quidam iudicium futuri
negantes. quidam diuina eloquia falsantes. qui-
dam male interpretantes. quidam luxuriae frena laxan-
tes alii aliis. atque aliis deceptionum fraudibus mi-
serorum corda dementantes. Custodite. nec
seducentium astutia a fidei uestrae firmitate
decidatis. Crescite ergo in gratia in cognitione
domini & saluatoris nostri ihesu christi. Iuxta illud
psalmistae. Ambulabunt de uirtute in uirtu-
te. uidebitur deus deorum in sion. Ipsi gloria & nunc
& in diem aeternitatis. Gloria semper saluatori
deo & domino nostro. & nunc cum inter cotidianas adu-
sitatum pressuras adhuc in carne positi pere-